


## Ersterwähnung des Ortes: Hollwede (Kreis Minden-Lübbecke)

Erstmals erwähnt: 24. September 1229



---

Urkundensignatur: LAV NRW W Stift Levern, Urkunden Nr. 32

Transkription gedruckt in: Westfälisches Urkundenbuch VI Nr. 191

---

### Regest

Bischof Konrad von Minden bekundet, dass Wulfhard von Wede dem Kloster Levern ein Erbe daselbst unter gewissen Bedingungen verpfändet hat. 1229 September 24.

### Transkription

1. Conradus Dei gratia Mindensis episcopus universis presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari.
2. Cum Wulfhardus de **Wede** in nostra presentia domum in Leveren de uxoris sue consensu (preposito) et conventui
3. in Leveren pro XII marcis pignore obligaret, talis fuit adiecta condicio, ut si

- eadem domus infra tri-
4. ennium liberata non foret, elapso triennio transeat dominium et hec obligatio extunc vendicio reputetur,
  5. infra triennium autem in die . . . tantum poterit redimi. Si autem inquilini domus, qui cum omnibus per-
  6. tinentiis domus ipsius obligati sunt, infra triennium moriantur vel forte alteruter coniugum, supellex de-
  7. functi vel defunctorum et locationis emolumentum , si forte de novo domus locata fuerit, inter conventum
  8. et Wulfhardum equaliter dividantur. Ceterum Arnoldus de . . . miles, Wulfardus, Johannes et Bruno de
  9. Westorpe fratres in manus Rodolfi Lupi, Helemberti, Alexandri, (Lam)berti, castellanorum nostrorum, promiserunt,
  10. quod heredes Wulfardi supradicta omnia rata habebunt et firma, et omne dampnum, quod exinde preposito
  11. et conventui poterit evenire, ipsi quatuor resarcient. In huius autem rei notitiam presentem paginam sigilli nostri
  12. munimine duximus roborandam. A(cta s)unt hec anno Dominice incarnationis MCCXXVIII, indictione II, VIII Kalendas Octobris,
  13. pontificatus nostri anno XVII. Testes: Rodolfus Lupus, Helembertus, Alexander, Lambertus, Halt, Rodolfus,
  14. Heinricus, . . . tus, Meinhardus, castellani in Renenberch, Bruno de Haddenhusen et alii quam plures.

## Siegelbeschreibung

Siegel des Ausstellers

## Ortsnamen

|            |   |
|------------|---|
| Mindensis: | Minden, Ersterwähnung: 798 „Mimda“                              |
| Leveren:   | Levern, Kreis Minden-Lübbecke, Ersterwähnung: 969-996 „Liuerun“ |
| Westorpe:  | Westrup, Gemeinde Stemwede, Ersterwähnung: 1257                 |

Renenberch: Reineberg, Burg im Wiehengebirge, 1221 erwähnt

---

## Abschrift der Urkunde und Zusammenfassung

| Abschrift   | Regest   |
|---|--|
| <p>Conradus Dei gratia Mindensis episcopus universis presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari.</p> <p>Cum Wulfhardus de Wede in nostra presentia domum in Leveren de uxoris sue consensu (preposito) et conventui in Leveren pro XII marcis pignore obligaret, talis fuit adiecta condicio, ut si eadem domus infra triennium liberata non foret, elapso triennio transeat dominium et hec obligatio extunc vendicio reputetur, infra triennium autem in die . . . tantum poterit redimi.</p> <p>Si autem inquilini domus, qui cum omnibus pertinentiis domus ipsius obligati sunt, infra triennium moriantur vel forte alteruter coniugum, supellex defuncti vel defunctorum et locationis emolumentum, si forte de novo domus locata fuerit, inter conventum et Wulfhardum equaliter dividantur. Ceterum Arnoldus de . . . miles, Wulfardus, Johannes et Bruno de Westorpe fratres in manus Rodolfi Lupi, Helemberti, Alexandri, (Lam)berti, castellanorum nostrorum, promiserunt, quod heredes Wulfardi supradicta omnia rata habebunt et firma, et omne</p> | <p>Konrad I., Bischof von Minden, bekundet,</p> <p>dass Wulfhard von Wede dem Stift Levern ein Haus in Levern gegen die Summe von 12 Mark verpfändet hat. Innerhalb von drei Jahren kann Wulfhard das Haus auslösen, danach geht es in den Besitz des Stifts über.</p> <p>Wenn einer der Eigenhörigen des Hauses innerhalb der drei Jahre versterben sollte, soll die daraus anfallenden Abgaben zwischen Wulfhard und dem Stift geteilt werden.</p> |

|  |  |
|--|--|
| dampnum, quod exinde preposito et conventui poterit evenire, ipsi quatuor resarcient. In huius autem rei notitiam presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam.  |  |
| A(cta s)unt hec anno Dominice incarnationis MCCXXVIII, indictione II, VIII Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno XVII.   | Gegeben am 24.9.1229   |
| Testes: Rodolfus Lupus, Helembertus, Alexander, Lambertus, Halt, Rodolfus, Heinricus, . . . tus, Meinhardus, castellani in Renenberch, Bruno de Haddenhusen et alii quam plures. | Zeugen: Rodolfus Lupus, Helembertus, Alexander, Lambertus, Halt, Rodolfus, Heinricus, . . . tus, Meinhardus, Burgmänner in Reineberg, Bruno de Haddenhusen |